

Bx890

58

V.8



Bibliothèque Universitaire
de la Ville de Lyon

On ne trouvera pas en tête de ce volume le prolégomène sur la Science conditionnelle, prolégomène qui ouvre le volume correspondant des anciennes éditions.

Ce prolégomène, en effet, est le second des six qui sont contenus dans le volume précédent. On comprend que l'édition de Lyon l'ait donné deux fois; car elle se compose de tomes détachés, et publiés séparément. Mais l'éditeur de Venise est moins excusable d'avoir conservé cette répétition.

Le volume que nous publions aujourd'hui est consacré à la *Grâce actuelle*. Il n'a paru qu'en 1651, c'est-à-dire, trente-quatre ans après la mort de Suarez, Rome ayant suspendu longtemps toute publication sur ce sujet, afin de laisser calmer d'irritantes controverses. Est-ce uniquement à cette circonstance que ce volume doit de fourmiller de fautes? Nous ne savons; mais ce qui est certain, c'est que l'édition de Lyon elle-même, ici, comme toujours, la moins mauvaise de toutes, présente des contresens, des substitutions de mots, des lacunes, en beaucoup plus grand nombre dans ce volume que dans les autres. Quant à l'édition de Venise, publiée quatre-vingt-dix ans plus tard, elle n'a guère corrigé de fautes, mais elle en a ajouté beaucoup.

On ne s'étonnera donc pas d'apprendre que la révision du texte de ce volume nous a coûté infiniment plus de temps et de peines que la révision du précédent. Nous n'exagérons rien en disant que, dans ce huitième volume, nous avons corrigé plus de seize cents fautes grossières. Il nous a même fallu souvent conjecturer, et suppléer des lignes entières, qui ne se trouvent dans aucune édition.

Nous aurions voulu indiquer, au bas des pages, tous ces changements. Mais n'ayant pris la direction de cette œuvre qu'à partir du

cinquième volume, nous devons nous conformer à la marche suivie dans les quatre premiers. Il ne convenait guère non plus de rejeter les notes à la fin de chaque volume; c'eût été obliger le lecteur à tourner sans cesse les feuillets. Il sera plus commode de trouver toutes les explications dans un volume distinct, qu'on pourra tenir ouvert devant soi, en lisant les autres.

C. B.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

ILLUSTRIS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. ALPHONSO LUDOVICO

DU PLESSIS DE RICHELIEU

S. R. E. CARDINALI, ARCHIEPISCOPO LUGDUNËNSI, GALLIARUM PRIMATI,

SUMMO SACRARUM LARGITIONUM CURATORI.

Ambit purpura tegi tua (CARDINALIS EMINENTISSIME) summi Doctoris opus ostro plane et murice dignum. Prodit in longas Academiæ lites Magni Suaris lucubratio posthuma, et publicam lucem, quam Lugdunum quondam cæteris ejus scriptis dedit, Tuis affectat auspiciis. Eo nempe ut vetus et casta de Gratia Dei Theologia ab erudito limatoque Eminentia tuae judicio splendorem sibi ac patrocinium accersat: ut enim multis displiceat, abunde ei fuerit probari Tibi.

Habes in hujus voluminis prolegomeno accuratum de scientia Dei, vocata media, tractatum, quem si iis oculis propius inspexeris, quibus obscura quæque pervadis, Medius arbiter Numinis effectus, negabis nescire Deum, quod Tu ipse ignorare non potes, quibus nimirum litem adjudicares, si dissidentes de auxiliis Gratia Theologi arbitrio Tuo acquiescere communi consilio decrevissent.

Ab hoc præludio tribus libris pendit Gratia Dei Sapientia Tuæ vectigal ingens auxilia sua, frequentat hospes nota ac pene domestica auxiliatrix Gratia augustos Mentis tuæ lares; ea felicitate ut, sicut cum ejus ope, Apostoli imbutus exemplo, nihil non potes, ita vicissim apud te ipsa potest omnia. Utra laus major existat, illam in Te, Teque in illa cuncta posse, ambiguum est.

Tum vero sufficiens Gratia tot novantium Theologorum oppugnata cuneis, tot hæreticorum impetita telis in aciem prodit ardua fronte minax, et quidem te Auspice, secunda victoria. Quid in Ecclesia possis illa tibi repræsentabit, quæ dat singulis recta posse. Sensit Lugdunum tua quid in profliganda corporum lue purpuratus Eminentissimæ Charitatis tuæ posset apex; ut enim sacras infulas periculo major animus in medium vitæ discrimen intulit, ministrato laboranti viatico, repente ad speciem tantæ pietatis pestis exterrita primum gradus suspensos dedit; ac ne cœlestia spirans pectus afflaret in quod imprudens inciderat, deinceps sævire desiit. Sentiet Ecclesia Gallicana haud secus quid possis in compescenda

serpente latius periculosarum de Gratia Dei opinionum contagione. Cum primum enim in hujus operis fronte Eminentia tua prodierit, habet quod speret veritas, futurum ut larva pietatis nudatus error Te hostem nactus brevi pedem referat, et infestis fidem petere signis mentis tuæ radiis percussus absistat, donec, suadente Te, Romani fulminis ictu profligetur. Sic cedent tuæ fatalia corporibus animisque monstra virtuti.

Neque minus in auctoritate tua præsidii sibi repositum ultimus isque Palmaris de Gratia efficaci liber pollicetur, quando victrix suavitas Gratiæ in tua Benignitate conquiescit. Neminem arces, amas omnes hujus urbis ordines, plebem ut Pastor foves, virginibus tanquam virtutibus Prudens Moderator præes, Nobiles ut amicos instituis, Regulares ut clientes complecteris, Clericos ut Antistes exemplis informas, Gallicanæ Ecclesiæ Patribus ut Primas pietatis et doctrinæ fulgore præluces: quæ omnia efficientis gratiæ more congruo aptoque eruditionis lumine et blandis Beneficiæ illecebris administras. Utramque Gratiam et misces et superas. Sufficiens omnibus adest, effectrix multis prodest; T cum omnibus efficax Præsul adsis, Tui copiam præbes universis, quodque divinius est, unus ipse Tibi sufficis. Sprevisi aulæ favores et emorientis Eminentissimi fratris inclinatum in te fortunam, ac tantum non palmas tendentem vocantemque neglexisti, ut Deo Tibique viveres et Lugdunensibus Tuis.

Quocirca neque te negabis, PRÆSUL ÆQUISSIME, Doctori redivivo pro libera Gratia efficientia decretoria concertatione dimicanti. Erumpit hactenus desideratus tertius et vigesimus doctissimi Suaris tomus, non quidem ex materno Societatis Jesu sinu, ut æquum fuerat, sed ex obscuris Lusitani hominis scriniis. Conqueritur enim sibi nascenti non modo non obstetricatam tanquam germanæ filii sui Proli Parentem optimam; sed quod pene Novercali odio nuper emergentem et etiamnum sub prælo brachia jactantem conata sit præfocare.

Verum diuturnis latebris opprimi celeberrimi auctoris opus fortasse superi voluerunt, ut mora labori pretium faceret. Magna expectes diu; nam et ipse fons gratiæ Christus pluribus annorum millibus spem lactavit orbis, donec jam prope desperatus advenit. Sic cælo visum ut optima quæque sero proveniant. Omnis est tarda maturitas. Sat cito venit quod opportune. Quid vero hac tempestate opportunius eo libro quem nomini tuo, CARDINALIS EMINENTISSIME, dedicamus; id enim temporis ingens librorum examen adversus auxilia divinæ gratiæ tota Gallia volitat, quibus manifestum spargitur virus, violatur religio, fides tanquam crebro ariete percussa labat.

Patere igitur, PRIMAS EMINENTISSIME, hunc trium librorum velut agerem sparsis in vulgus erroribus oppositum, una cum nostra trium Bibliopolarum sodalitate triplici gentilitiæ Tesserae Tuæ valle muniri. Erit enimvero, ut speramus, qui collatum in typographiam nostram sacræ protectionis beneficium istud concelebret. Erit qui eruditissimi Suaris Manibus Te Patronum, et disceptationum suarum arbitrum gratuletur. Magnum est una opera, et vivos clientes auctoritate tueri, et simul fato functis suffragari. Hanc Tibi laudem asserere peroptamus,

CARDINALIS EMINENTISSIME, certumque nobis est dum spiramus et vivimus qua superstitem qua extinctorum scriptorum dicandis operibus Tuæ ministrare gloriæ, ut vivos, necnon et mortuos habeas raro miraculo clientelæ Tuæ devinctos: Vale, et quod facis Bibliopolarum tuorum sodalitati semper fave.

EMINENTIÆ TUÆ

Servi additissimi

PHILIPPUS BORDE, LAURENTIUS ARNAUD,
et CLAUDIUS RIGAUD, bibliopolæ lugdunenses.

